



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

- inuito illo fratre, rei assignatio, & translatio in cōductorem fieri, & patientia præsari non possit, arg. l. 3. §. incertam. & l. locus. cū ibi not. per Bar. Soci. & alios. ff. de acqui. posses. ¶ Non obstat, q̄ iuramentum præcisè quem ad factum obliget. glo. in l. pecuniam. ff. de condic. ob cau. quia responderetur, f̄ illud uerum esse, quando is, qui factum promisit, facultatem faciendi habuit, & ita loquitur illa glo. secus si amplius facere non posset, quia iuramentum non obligat ad impossibilia, & tunc præcisè debet adimpleri, quando com modè potest adimpleri, sicut dicitur de uēditore per doctrinam Bal. in d. l. unica. col. pen. ut supra dictum est: item iuramentum semper intelligitur, ut sit seruandum omni meliori modo, quo fieri potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Alex. & alii in l. 1. §. si quis ita. col. 3. ff. de verb. obli. ergo si præcisè adimpleri non potuit, sed solum certo modo, puta soluendo interesse, sufficere debet, ueluti etiam fuit de mente Alex. & doctorum cōmuniter in d. l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. & habetur per Parisum in consi. 110. lib. 1. nu. 32. & Alex. in consi. 69. col. 1. lib. 4. ¶ Nō obstat id, quod secundo loco in contrarium dicebatur, arguendo de uēditore ad locatorem, quia argumentum retorquetur, cum sicut uēditor non habēs facultatem tradendi præcisè non tenetur, & si iurati esset, ut supra, ita idem dicendum sit de locatore, sed in casu nostro locatores facultatem rem assignandi, & patientiam præstandi non habent per prædicta, ergo & c. & si diceretur, locatores fuisse in dolo, alienando, & sic dolo desijisse habere facultatem re assignandi, & patientiam præstandi, & ideo dolo finis illis patrocinari non debet. c. ex literis. de dolo, & contuma. & l. non fraudantur. in fi. ff. de regu. iur. ergo perinde teneri debent, ac si facultatem re assignandi, & patientiam præstandi haberent, responderetur, f̄ ex quo locatoribus ex p̄ctu, & conuentione permixtum fuit re uendere, & alienare, si damna, & interesse soluere, ut in instrumento locationis habetur, ipsi alienando non dicuntur dolo fecisse, nec fraudē cōmisisse, quia dolo, & fraus uolenti, & consentienti non fit, neque committitur. l. nemo uidetur. ff. de regu. iur. ¶ Nec obstat, q̄ locatores ad pœnam tenentur, ex quo illi alium fratrem ratificare non fecerunt, quia responderetur primo, iudicem de hoc non posse cognoscere, cū hoc illi non fuerit commissum, & forma commissio nis seruanda est. c. cum dilecta. de rescrip. Præterea dici potest, f̄ ex quo factum alienum promiserunt, solum fuerunt obligati facere, & curare, etiam non obstante iuramento, alioquin ratione iuramenti quis ad impossibile obligari diceretur, & maximè cum locatores sape, ac sæpius instant, & instantissime insteterint, q̄ ille alius frater deberet ratificare, ut is semper denegauerit. Quare dicuntur excusati saltem, & non teneantur, nisi ad interesse, prout ipsi illud soluere offerunt per ea, quæ scriben. uolunt in l. stipulatio ista. in princ. ff. de verb. oblig. & per Imolam in l. inter stipulantem. in princ. ibique moder. ff. eodem tit. de verb. oblig. ¶ Ultimo non refragatur, q̄ locatores cum iuramento promiserunt seruare, & adimplere omnia, & singula in præsentis instrumento contenta sub pœna & c. ergo conductor, cui sibi promissa non sunt adimpleta, poterit contra locatores agere, f̄ cū fuerit adiecta clausula, q̄ pœna cōmittatur, rato manente pacto, quæ clausula operatur, ut is, qui contrahent, teneatur & pœnam soluere, & ab eo promissa etiam adimplere, ut per Imolam in c. potuit. de loca. & argumento l. si quis maior. C. de transact. cum aliis. Nam his responderetur, q̄ locatores promiserunt cum iuramento non solum omnia generaliter, sed etiam singula seruare, & adimplere, & consequenter si quid

fuit particulariter promissum, debet adimpleri, & particulariter, q̄ locatio locationis facta, & in casu, quo alienatio facta esset, non fuit conuentum, q̄ locatores patientiam præstare teneantur, sed q̄ addere interesse, alias ad pœnam teneantur, ergo non nolle soluere damna, & interesse contrahere dicuntur, quamuis alienatio fuerit præiudicialis, nam q̄ tenerentur locatores p̄plere, & q̄ alienatio teneat, sunt in cōpactum iussit, quod locatores alterum adimplere, & cōsequenter, ipsos nō teneri præcisè ad factum locationem, argumento d. l. stipulationes diuiduntur. & d. l. si quis ab alio. in fin. nam facta fuit promissio etiam iurata generalis, & tunc generalis in casu specialiter promissis non uendicat, sed in aliis, & specialiter l. doli clausula. ff. de verb. oblig. & l. standum de pœnis. & quia generi per speciem derogari. de regulis iuris in 6. & c. 1. de rescriptis. Et ita in prædictis concludendum existimaui. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Pensiones nondum solute, si in tempore quo prælatus decessit, fructus, pro quibus pensiones solueri cepti essent, an hæredibus prælatis, & clericis defuncti successori in dignitate debeantur, et m. 6. ubi hoc tenetur.
- 2 Prælatus censetur esse usufructuarius, & quando uideatur usufructus, num. cod.
- 3 Instrumentum executionis ad instantiam eius, cuius res, executionem non meretur.
- 4 Debitor si promittat soluere specialiter Economis, & alibi ubique locorum, quomodo, & de quibus clausula, & alibi ubique locorum, intelligatur, & usque ad num. 12. ubi hoc deciditur.
- 5 Pactum prorogatum iurisdictionis quorundam locorum suorum potest quis reuocare, & illius se penitus de quando hoc verum sit. num. 13.
- 6 Post mortem prælatis, seu clericis quicquid de bonis, & rebus ecclesie superest, aut reperitur, successori debetur, non autem hæredi.
- 7 Prælatus in morte, immo, cū incipit infirmari, & mori, Canonici de redditibus suis præbendam regali potest usufructuario equiparatur.
- 8 Clericum simpliciter beneficiatum facere fructus suos fructibus intelligatur.
- 9 Debitor, qui ultra promissionem de soluendo Bononia, Ferraria, & ubique locorum, pacto expresso tenetur iurisd. Elioni omnium, & quorundamque nationum compulsioni, coactioni, condemnationi, & executioni, quibus uoluit, & consensit posse conueniri, ac reuocari, & detineri, absque dubio in quatuordecim articulis dissimili, & remotiori expressis conueniri, & capi potest.
- 10 Forum quis sortitur non solum ratione domicilii, & delicti, sed etiam ratione rei, de qua agitur.
- 11 Debitor ob inuoluntariam fugam potest capi, & arrehari, & ut saltem caueat, quando forum potest decerni, & uocandi domum habere.
- 12 Repræsentatio quando possint committi, & exerceri.

E P I T O M E.

PENSIONES pro re ecclesie conducti, & prælato locatore ante, quam dies solutionis recollectis tamen fructibus, pro quibus successori in prælatura, & dignitate, non autem fructibus prælatis defuncti solui debent.

stari potuit. Præterea Ioan. de Imo. in d. c. 1. & Alex. in d. l. si conuenierit uolunt, q̄ facta speciali expressione quorundā locorum cū clausula illa generali, & ubiq; locorū, debitor etiam in locis dissimilibus, & remotioribus expressis conueniri possit. Nec obstat d. c. sedes, quia loquitur in dispositione facta per uerba inde finita, secus si facta esset per uerba uniuersalia, & geminata, prout in pposito notat Io. Andr. in c. cum in multis extra de rescrip. & ita respondet Alex. in dicta decima limitatione. Rursus prædicta possent procedere, quando debitor promississet simpliciter soluere

11 Regij, Bononiæ, Ferrariæ, & ubiq; locorū. Sed t̄ quando ultra dictā promissionē promississet etiā, & per pactum expressum se subiecisset iurisdictioni orū, & quorūcūq; iudicum curiarum ecclesiasticarū, & seculariū ubiq; constitutarum, in qbus contingeret illud publicū instrum locationis exhiberi, atq; pducī, & dictas p̄siones peti, se ipsum totaliter subiiciēdo, & submittēdo cōpulsioni, coactiōi, coartationi, cōdēnationi, aggrauationi, & reaggrauationi dictorū, iudiciū, corā quibus uoluit, & consensit posse conueniri, & realiter ac personaliter capi, & detineri, prout in casu nostro factum fuit, tunc absq; dubio debitor in quocūq; loco etiā dissimili, & remotiori conueniri, capi, & retineri poterit, prout ipse expressē, & specialiter per pactū expressum, & iuratum promissit, atq; cōuenit, hæc. n. geminatio pacti, & promissionis hoc saltē operari debet, argumento eorū, quæ habentur per doctores in c. si cautio de fide instru. in rub. ff. de uerb. oblig. & in l. cum ostendimus. ff. de fideiussio. tuto. & faciunt in simili in terminis nostris ea, quæ habentur per Bald. in l. cum archimedorā in 2. col. C. ut in possēs. lega. Præterea, & ultimo prædicta obiectio potest pcedere, q̄ per illam clausulam generalem, & ubiq; locorum, debitor conueniretur coram iudice non suo, & in loco, in quo aliās forum non fortiretur, & ita p̄prie loquuntur doc. in locis præalleg. Sed ubicūq; conueniretur corā iudice suo, & in loco, in quo fm̄ ius cōmune forum fortiretur, tunc nullus negat, quin ibi conueniri possit, ad tradita per scribentes oēs. in d. c. 1. & in d. l. si conuenierit. & probatur in c. dilecti. extra de foro cōpet. At in casu nostro Titius de iure cōmuni sortitur forū Nouellariæ, & ibi absq; alia conuēctione, & pacto pōt conueniri, ergo sumus in tuto, quia in territorio Nouellariæ abbatia, & bona per ipsum Titium cōducta pro parte sunt sita, & posita, & ideō ratione rei, de qua agitur, ibi forum sortiri dicitur, ut ibi cogi, & cōueniri ualeat, quoniam t̄ nō solum ratione domicilij, contractus, seu delicti quis de iure cōmuni forum sortiri dicitur, sed etiam ratione rei, de qua agitur, quæ esset posita in loco, & sub iurisdictione iudicis, coram quo debitor conueniretur, ut est textus in c. sanē. & in c. si. extra de foro competen. cum similibus ubiq; nota. ¶ Non obstat ultimū fundamentum, q̄ locus fuerit p̄nitentiæ per text. in d. l. si conuenierit. & per ea, quæ habentur per doctores canonistas cōmuniter in d. c. 1. de iud. quia multipliciter responderi potest, & primo, q̄ illud est uerum, nisi conueniretur in loco, in quo aliās de iure forum fortiretur, quia in illo absq; dubio conueniri poterit d. c. dilecti, & ita est de mente omnium scribentium ubiq; quod locus sit p̄nitentiæ respectu loci, in quo aliās quis conueniri non potuisset, nisi pactum fuisset factum, & ita p̄prie loquitur d. l. si conuenierit. Sed in casu nostro etiam absq; pacto, de quo in instrumēto. Titius Nouellariæ cōueniri poterat, quia ibi de iure forum sortitur ratione rei, seu rerum, de quibus agitur, ut supra, ergo &c. Secundo respondeo, locum esse p̄nitentiæ, quādo huiusmodi promissio de conueniēdo, seu comparēdo in alio loco, & coram iu-

dice non suo per pactum nudum, & simpliciter, secus si per stipulationē, prout factum est nostro, quia tunc p̄nitentiæ nō est locus cōmuniter legitur in d. l. si conuenierit. dicitur in d. c. 1. de iudic. saltē quoad effectū quendi interesse, & p̄neas conuentiones. Guliel. de Cun. in l. 1. de iud. Spec. in tit. iudi. §. 1. ueris. quid si pactum, ibiq; locorū dicitur. do. Anto. & Abb. in d. c. 1. ubi dicitur munem opinionem attestatur, & Alex. uenerit. Sed hic stipulatio interuenit, ergo respondeo locum esse p̄nitentiæ, nisi interuenisset, quia tunc debitor potest prout promissit, & conuenit, nec implum tere causā euitandi peritium, ita omnes muniter, tam legitur, quā canonizatur in d. l. si conuenierit. & in d. c. 1. de iuramēto

14 in casu nostro interuenit, ergo &c. Præterea, quibus, quibus quis forum declinare potest, uocandi domum haberet iuxta ea, quæ in c. fin. de foro competen. si timor, & t̄ si timor esset, ut quia debitor immobilis in loco non ret, & timor esset, ne discederet, tunc potest restari, & compelli, ut saltem caueat, ut etiam in l. si. C. de feriis, & ita dixit not. Ang. in omnibus. ff. de iudi. & ponit Andr. Barbo. 3. col. circa finem. de foro cōpet. & in hoc bium nō uideo. ¶ Et ex prædictis clarissimè

15 t̄ quod illustrissimus, & excellentissimus Barbo. ob capturam, & arrestationem de Terris factam in terra Nouellariæ non potest conueniri, & homines dictæ terre reprecari ex quo iustitia non fuit subdito suo detegere omnia iuste processerunt, ut satis aperte colligitur, & reprecari solum ob negligentiam iustitiam committuntur, & excommunicatissimè explicat Barro. in suo tractatu reprecari & traditur per doctores communiter in tractatu matrimo. Vltius super præmissis non dicendum putauit, quia res, cum per se satis sit clarescens, maiore non indiget declaratione. fin. ff. de dote prælega. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Conductor damnificatus ex facto, & contractu, fructus potest contra locatorem, uel eius heredem agere, & interesse etiam ratione luri perceptorum.
- 2 Et damnificatus ex facto tertijs iniusto, cui per locatorem, & heredem resisti non potuit, teneatur tantum ad fructum etiam proportionabiliter pro rata fructuum perceptorum a solo separatorum: & quomodo bonorum fructuum sit habenda ratio, num. 5.
- 3 Pro rata uero fructuum pendendum, & nondum pendente nec a solo separatorum est ei facienda remissio, & numerum totum ad locatorem spectat. num. 7.
- 4 Damnum omne, & periculum circa fructus iam perceptos solo separatos contingens conductoris est, non locatoris.
- 5 Casus fortuitus reputatur in locatione factum teneatur prohiberi non potest, & propter quod conductor teneatur de ipsi fructibus, prout tunc extant.
- 6 Quid de pensionibus pro fructibus ciuilibus, sine rebus soluendis.
- 7 Damnum in locatione circa fructus etiam perceptos culpa ipsius locatoris ad illum, & non ad conductorem re debet.
- 8 Quid si ob mortem locatoris id damnum emerit.
- 9 Locatoris morte si quid damni circa fructus conductorem ad quod locator, uel eius heredes teneatur.
- 10 Locator ad remissionem faciendam pro fructibus iam perceptis, sed nondum exportatis teneatur.